



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

18. De nuncio ad pastores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

Verba.

Mat. 11.

29. c. 18.

3. &amp; 4.

Actio-  
nes.Passio-  
nes.Ps. 87.  
26.

lic reclinatus est, offertque seipsum ad perficiendum opus redemptionis: clamat etiam ad nos tacitus: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & Nisi efficiamini sicut parvuli, & Quicumque humiliaverit se, sicut parvulus iste, hic major est in regno calorum.* Præterea quid agit infans? plorat & alia agit quæ talis: nam et si perfecta utebatur ratione, quæ tamen erant illius ætatis, naturam agere sinebat: quidquid autem ageret, Deo offerebat pro reconciliacione mundi, infantiles lacrymas, vagitus, & omne tale. Postremò, quæ jam tunc patiebatur æstimabo; aspero anni tempore, intempesta nocte, loco incommodissimo, in rerum omnium paupertate, & rejectus ab omnibus: nec ea patitur invitus, aut necessitate; sed volens, certoque consilio. *Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea.*

## MEDITATIO XVIII.

*Anuntiatio ad pastores.*

## PUNCTUM PRIMUM.

Angeli  
adorant.  
Heb. 1. 6.

**Q**Uòd Angeli, viso Domino in præsepi, obstupuerunt, supplicésque eum de cælo adoraverunt, jubente etiam Deo Patre. *Et adorent eum omnes Angeli ejus.* Et cum absconditum mortalibus, obscurumque cernerent, gestiverunt omnes venire in terras, atque illius annuntiare nativitatem. Sic ego accendar studio manifestandi Dei nomen hominibus, *ut cognoscant*

in terra viam ejus, in omnibus gentibus salutare ejus.

PUNCTUM II.

**Q**UOD pastoribus Christus annuntiatur. 1. Non sapientibus circa Bethleem, quia superbi: non divitibus, quia cupidi: non nobilibus, quia deliciis dediti: sed humilibus, pauperibus, laboriosis, superque gregem vigilantibus: *Confiteor tibi Pater, quia revelasti ea parvulis.* 2. Annuntiatur gaudium, cujus materia est: *Quia natus est nobis Salvator: non sibi nascitur, non Angelis, sed nobis, qui salute indigebamus. Nobis natus, nobis datus, ex intacta Virgine.* 3. Signa mirabilia indicantur, per quæ reperiatur: *Invenietis infantem pannis involutum, positum in praesepio; ergo signa sunt, infantia, paupertas, & humilitas: Ex his intelligam, an in me natus sit, si ea vigeant in corde meo.*

Pastori-  
 bus an-  
 nuntia-  
 tur.  
 1.  
 Mat. 17  
 25.  
 20  
 32  
 Luc. 8.  
 10.

PUNCTUM III.

**A**ngelorum gratulatio & glorificatio. Mittit Quare  
 Deus Angelos, ut sic humiliatum ejus Fi- mittan-  
 lium clarificent, quod Deus facere consuevit in- tur. An-  
 ter despectiones. Deinde, ut discamus, quid nos geli.  
 facere conveniat: quomodo glorificare, & gra-  
 tias agere, quando propter nos ille humiliatus  
 est. *Gloria in excelsis Deo: Quippe non aliud Dei  
 opus magis ad illius gloriam facit, quam In-  
 carnatio Verbi. Quod si in cælo propter illud  
 glorificatur, utique & in terra Deus propter hoc  
 debet glorificari, quæ ideo dicitur plena gratiâ Is. 6. 3:*

N 3 Dei.

Dei. O impendam me totum in illam. *Et in terra pax.* Multiplex pax, hominis cum Deo per remissionem peccatorum, hominis secum per subjectionem carnis ad spiritum, hominum inter se per concordiam voluntatum. *Orietur in diebus illius iustitia, & abundantia pacis. Homi- nibus bonæ voluntatis.* Iis nimirum, erga quos benigna est Dei voluntas, quæ est radix nostri omnis boni; sed & iis, qui ipsi sunt bonæ voluntatis ordinatæ in Deum, subjectæque illius legi. Talibus promittitur pax, non autem iis, qui boni sunt intellectûs, aut aliis pollent talentis.

## PUNCTUM IV.

**R**ecedunt Angeli, & in transitu invisunt præsepe, ibi canticum repetentes. *Quanta Mariæ exultatione!*

## MEDITATIO XIX.

*Adoratio Pastorum.*

## PUNCTUM PRIMUM.

Pastorū  
fervor.

Ezech.  
8. & 3.

**P**roficiscuntur pastores. Non posthabent acceptum nuntium, ut quidam divinas inspirationes: sed hortantur se mutuo ad inquirendum ostensum sibi bonum. Est quod apud Ezechielem: *Cherubim percutiebant inter se alas, quasi gestientes, ad obsequium Deo præstandum.* Deinde etsi non fuerit eis mandatum, nuntium tamen pro mandato habuerunt. Perfecta, obedientia. Deniq; festinantes fervore magno ac desiderio.

PUN